

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY


START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.

KP 23007


D



BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

VAT. LAT. 3702

C E N T .



AD IVLIVIL PONTIFICE
MAX.

Dent alij summo maiora uolumina Regi,
Ex animo Juli nos tibi parui damus,



Tsi non nulli Sea
tissime Pater qui
mihi multo maio
ri doctrina / atqz
eloquentia prestat
gesta tua eo stilo il
lustrant: ut post cineres imorta
lia fore sperent. Ego tamen tamet
si mea fama in obscuro est: pro
singulari meo in te animo mul
tis iam Epigrammatibus perspec
to tuay rez magnitudinem



breui oratione complecti con-
sentaneum duxi: quum mihi-
presertim aura numinis tui frui
cum ceteris familiaribus tuis
liceat. Nemo est Beatissime Pa-
ter non ex tuis solum: Sed ex
peregrinis etiam: qui non ducat,
asseratq; ^{te} vnum in Pontificiam
hanc maiestatem summo Cardi-
naliū consensu. Sepe enim in
Pontificum creatione discordie-
oriri solent) diuinitus fuisse euoc-
tum. Nam ut primum in hac
ipsa tam sacra Pontificum sede
concedisti tuum hunc optimum
in rem ecclesiasticam animum de-
clarasti: illius enim res multas,
atq; magnas a pluribus grandi
pecunia, quam Alexandro mutuo

3

illi dederant detentas, eadem pecu-
nia persoluta redemisti. Tu ni-
mirifica prudentia: sedulitate ac
munificentia turbulentissimo illo
tempore usus es: quum illi: qui
tunc arcii non contemnend^e pre-
erat quindecim milia aureorum
numerari imperasti. Forum
quidem Liuij in aliorum ma-
nus facillime peruenisset. Tu
non nulla etiam oppida maximoy
Principum subitis excursioni-
bus occupata pro uirili parte ec-
clesie restituenda curasti. Et
quidem nulli dubium relinqui-
tur: quin cetera in eo ipso rey-
tumultu si fieri potuissent ef-
fecisses: que Tu Juli Pontifex
Max. Deo optimo duce intermissa

maiori cum laude et gloria absolu-
tus. **T**v illam tam acerbam anno
ne charitatem: que usq; adeo
omnes populos passim inuaserat:
ut plurimi inedia interierint:
multo auro exposito: frumento
undiq; Romam adiecto, in tan-
tam repente frugum copiam in-
uertisti: ut ex eo tempore in hanc
usq; diem frumentum uilissimum
extiterit: Et quidem n*isi tu Iuli*
Pontifex Maxime laborantibus
tunc populis adfuisse innumere
gentes crudeli fame perijssent.
Tv summos Christianos Reges
de Neapolitano Regno inter-
se discedentes, infestisq; animis
lethifera hinc inde prelia commit-
tentis multis cladibus affectos:

4

vnus, preter omnium spem,
ne res christiana, ingentem
ex tanta cruoris effusione, iac-
turam faceret immortali gloria
composuisti. **T**v a Palatio tuo
ad speciosum usq; prospectum
murmurum. Et ad ecclesias statum
munitissimum. Et ad Pontifici-
cum commoditatem extendi-
sti: qui quidem ea amplitudine
plures porticus pulcherrimis
columnis, ac niueo lapide qua-
drato complectitur ad deambu-
lationem extructos: ut ad veterem
illa admiranda edificia acce-
dere videatur. **T**v Speculam:
qua Benedictio populis clari so-
let a non nullis Pontificibus
marmoreis columnis, et qua-

dratis lapidibus excoli ceptam
magna ex parte quo inueni
sti ornatu absoluisti. **T**v. Diu
Petri principis Apostolorum edem
plurimorum annoz ictu pene col
labentem instaurare in animum
induxisti quod nulli sane Ponti
fices priores predecessores tui
numerosi sumptus magnitudine
attentare ausi sunt. Si ad calcem
quod incohasti Deo opitulante
perduxeris Pontificum laudem
facile superabis. **T**v. viamqua
sub testudinibus a templo diuini
Petri in aulam magnam Palati
tui commodissime itur exorsus
cochibus lapidibus sternenda
curasti quam ad exitum Deo
annuente breui temporis curri -

5

- culo perduces. **T**v. Pontificum
commoditatibus assidue consulens eam
Aulam: cui Alexander ex tur
ri: quam sibi erexerat, tenebras
induxerat ingenti fenestra il
lustrasti. **T**v. Deniqz maiorem
Palati partem vetustate ruinam
minitancem magno sumptu instau
rasti. Podium quoqz insup
spetiosissimum ac commodis
simum adieciisti: **Q**VVM Sedis apostolice status
usque adeo Ciuilium seditionum
turbine multo hinc inde' crurore
effuso quateretur: atqz eo quide
durissimo Tyrannoz iugo pre
meretur: ut non multum ab
imimenti ruina procul esset:
Tv metiuli in fine tertij anni

Pontificatus tui: quum tam ueteri
morbo secus mederi non posses
ex urbe cum sacro Cardinalium
senatu ac fere uniuersa curia
discessisti: maximasq; urbestu-
as occultis apertisq; odijs disciden-
tes multis tam cedibus ultro/citroq;
illatis hinc affinitatibus hinc iu-
reiurando composuisti: his Lega-
tos illis Gubernatores ad iusti-
tiam omnibus administrandam
relinquens: atq; ut grandia tam
alti animi tui uela effusius explica-
res: ut primum Perusie agrum in-
gressus es castella omnia mun-
tissima munibssimasq; arces excoc-
cupantium manibus extorquens
sub unius Legati tui iure: ac po-
testate esse uoluisti: Inde Peru-

sine urbi Pontificalia maiestate succe-
dens Dnum^{lo} Paulum Balionem
confestim e statu ac summa regz
penitus submouisti: ac secum =
clementissime agens magno stipen-
dio militie Pontificie preesse uolui-
sti: hac in illum beneficentia utens:
Et ne urhem illam Tyrannide
premeret: et pro sede apostoli-
ca: si quando opus fuerit: am-
mam libentius profunderet: Tu-
luli Pontifex Maxime: ut quod
reliquum erat opus sane arduum +
atq; difficile: ad quod potissimum
ueneras ea: qua cepisti mente
expleres quis illas tam uehemen-
tes animi sollicitudines? quis il-
los tam duros corporis labores:
quos non sine summo vite di-

scrime in declinando presertim
illo asperrimo montis iugo peran-
gustissimos calles pedestre per
duo ferme miliaria uter faciens
perpessus es prolixa oratione
commemoret. Compositis tandem
simili ut dixi ratione ac modo
ceteris sedis apostolice urbibus
te Imolam contulisti ubi plurimos
dies absumpsiisti Gallici exerci-
tus Duces expectans ut et copi-
as et bellorum horrisonos bombos
Bononie muris ut promiserant:
admouerent. Sic enim facto opus
erat. Et Dentiuolorum qui domi
se tueri decreuerant obstinatio-
ne. Et manifesto litterarum apo-
stolicarum contemptu. Denique a
ducibus tuis clarissimus rebus

7
gestis Gallorum Duces cum legioni-
bus aduentant: admoto te iubente;
confestim muris exercitu bellicisqz
admirande magnitudinis operibus,
Dentiuh qui se ulterius muris
defendere non poterant inito-
cum gallis federe ad ipsoz quibus
per multum eos auri dedisse fama
est castra aduolant: ut sub illorum
presidio in tanta rerum despera-
tione tuti essent. Inde a Bononi-
ensiibus oratores confestim ad-
te Imolam gratulantes ac tibi sem-
piternas gratias pro tam immor-
tali beneficio acturi mittuntur.
Interea ad te Gallos magnis vi-
ribus atqz omni conatu Bononi-
am ingredi penitus constituisse
perfertur quibus tum motibus

Beatissime Pater Bononienses qd
irrupturos eos non sine fallacia tre-
derent quibus modis poterant
ferocissime obstantes ac tandem
cuiusdam aquae repaqualaxan-
tes atq; in Gallo cæstra deuol-
uentes: ni à furore ad humillimas
preces: ut accepi: uersi effsent: ut
aque seras opponerent ad unum
usq; omnes aquarum vi extinxis-
sent Verum illos ea re uehe-
mentissime commotos ex placi-
ditate ac mansuetudine ad feri-
tatem obstinationemq; conuer-
sos irruptionem in urbem di-
reptionemq; non dubiam mi-
nitantes Tu Juli bemoansi-
me auro: cuius semper au-
diissimos extitisse litterar

monumentis proditum est placa-
sti. Et Bononienses ea quoq; for-
midine ea quoq; forsan calamite-
ter iterum liberasti. E rectis
ex illorū statu Bentiuolis om-
nibus ex sententia pacatis Bo-
noniam post paucos dies incredi-
bili omnium letitia triumphans
ingressus per Ciuitatem: qua-
iter faciebas strata decentibus
uelis adoperta triumphalisq;
pompa undique disposita vete-
rum triumphos adequare ui-
deabantur ingentem monetam
liberare per Julium. ii. a Tyra-
nide Bononię titulo ob signatam
targa manu passim profundi im-
perasti. Nox populum illum in-
tollerabilem uictigalum multaq;

rerum onere: quo misere preme-
batur, exonerasti. Charticellas/
ut aiunt: omnibus maxime infe-
stas penitus substulisti. Plebis
tibi animos mirifica benignitate/
deuinxisti. Inde ad illum reforma-
dum statum potissimum animum
adieculisti. Quadraginta Senatores
constituens: qui rei publice' ad-
ministrande pressent: que agen-
da essent cum Legato: quem
ad urbis custodiam: ac ius:
unicuiqz reddendum reliquisti
conferrent: necessaria mu-
nera pro communi utilitate
sedulo obirent: pro libertate
tuenda intrepidi pericula e
omnia susciperent: emergen-
tibus indies arduis difficilli-

misqz rebus patrie prouirile
parte consulerent.
Quibus omnibus felicissime'
atqz amimi sententia gestis=
Romam tanta iure optimo lau-
de ac gloria: quanta uix
unquam ceteris Romams=
Pontificibus a Diui Petri Pon-
tificatu ad hec usqz tempora
vix contigit, repetu si. Ac
Die' Dominico palmarum a
Templo Diue Marię: quam
de populo appellant: cum pal-
mis: quas ibi dari iusseras
Urbem triumphans ingressus
es: ac per septem laurigeros =
arcus tibi Juli Pontifex
Maxime' a Romanis extre-
misiqz Ciuibus non imerito

dicatos: qd; triumphali pompa rerum gestarum series presignabatur: iter faciens tandem Palatum tuum ingenti (ut parerat) comitatu repetisti.

Romanorum Externarumqz gentium uera gaudia: hoc Exastico: quo illa ostendo, facilime deprehendes: ~

Vocabus ex magnis spectasti gaudia uera
Quum fueris multo Julius ore frequens
Pontificū Juli cedit cui fama priorum
Propopulo et templis sit tibi vita diu:
Ut uelut eterna fulgurissime laude
Hęc bona gessisti: Sic meliora geras.

10
ACCIBE IVLI PONTI:
FEX MAXIME A: me
L. Parmenio Seruulo no
minus tui studiosissimo
breuissimum rex tuaz
Compendium si in errores
incidi animum queso: quo
hec scripsi pensita Juli bemi
gnissime cui humillime sup
plico ut me interdum i me
moria habeas: ut commodi
us futura gesta tua audacter
agrediar
Valeat s:as tua ac diu felicissime
vivat: cui me commendō ac pe
nitus trado

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.

KP 23007